



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Virginitas

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

VIRGINITAS.

619

luptatibus delectari non est per se mortale, sed ob periculum pollutionis, aut delectationis mortiferæ erit frequenter mortale. *Val. t. 2. d. 6. q. 4. De hac re lege Nau. c. 16. nu. 10. Lopez p. d. c. 75. Azor. l. 4. r. c. 6. Caieta.*

VIRGINITAS.

Virginitas amittitur pollutione voluntaria, saltem in causa, ut cum quis nocturnam optat, aut procurat voluntariè, & concubitu apto eam facere, etiamsi per accidens non sequatur: quidem tamè dicunt sine pollutione non amitti. *Syl. vers. Virginitas. nu. 3. ex D. Tho. ex 4. d. 33. art. 1. ad 5.*

* Per omnem voluntariam pollutionem amittitur virginitas. *Caiet. 2. 2. q. 154. art. 6. initio, & ad 3. vide eundem q. 152. artic. 1. ad 3. Sor. d. 49. q. 1. art. 1. col. 4. Syl. Virginitas. 2. 3. Martinum apud Caiet. l. c. Vival. in Append. cap. 5. nu. n. 25.*

Nocturnam } *Vival. l. c. nu. 29.*

Apto } Nō autem si Eunuchus fit ad seminandum ineptus.

Non sequatur } *Vival. l. c. nu. 25.*

Non amitti sine pollutione } *Mart. Syl. l. c.*

Virgo virginitatem coram Deo non amitteret, si metu mortis sine voluntatis consensu in scelus, negatiuè se habens; immotaque manens stuprum pateretur: quod si resisteret, suæ morti cooperaretur. *P. N. li. 2. cap. 3. nu. 104. ex Sor. l. 5. q. 2. art. concl. 3. vide Syl. Virginit. numer. 6.*

V. 15.